

17^{Julii}
1252 16. Kal. Augusti.
J

Ex Odoni. Raynald. Hist. Ecclesiastica

581.

2. Innocentius IV. papa, episcopo Culmensi com:
mittit, ut Lithuania, episcopum preficiat, ge:
rendo tanto muneri, excolendeque nove illi eccle:
sie idoneum. 199

Presentium tibi auctoritate committimus, quate:
nus virum honestum et providum; ac in spirituali:
bus et temporalibus circumspectum, qui pontificali
conueniat oneri et honori, predictae Lithouie au:
thoritate nostra preficias in episcopum et pasto:
rem, ac duobus vel tribus accersitis episcopis sibi
munus consecrationis impendas: prius tamen ei
a predicto rege, optimo terra solo pro fundanda
cathedrati ecclesia, et honorabilibus ac decentibus doti:
bus assignatis: cui licitum esse volumus, ut quo:
tis oportunum fuerit, terram ipsius regis visitet,
et uncta ibidem exerceat, quae non possunt nisi
per episcopum exerceri. Ceterum, postquam de pra:
fato episcopo, quem soli Romano pontifici volumus
subiacere, provisum fuerit, iuxta mandati nostri te:
norem, tu ab ipso fidelitatis solite iuramentum,
nostro et ecclesie Romanae nomine recipias iuxta
formam, quam sub bulla nostra tibi mittimus in:
teclusam. Formam autem iuramenti, quod ipse
prestabit, de verbo ad verbum per eius patentes
litteras sub sigillo signatas, nobis per proprium
nuntium quantocius destinare procure. Datum
Mediolani 16. Kal. Augusti. anno nono

[Faint, illegible handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page.]